5069 Fortunae Aug. | sacr. | Annius Primitivus, | ob honorem | IIIIIIvir.[1] sui | edito barcarum | certamine et | pugilum, sportulis | etiam civibus | datis | d. s. p. d. d.

Tavirae in ora Lusitaniae, ubi fuit Balsa (II 13 p. 785 Huebner vidit ectypum). — 1) *Seviratus.*

5070 C. Albucio C. f. | Ser. Firmo aed., | IIvir., qui pecuni|am destinavit per | testamentum at | certamen gymnicum | quod annis [*f*]acien|dum diebus festis | Lunae. | D. d.

Antiochiae in Pisidia (III S. 6829 Mommsen vidit ectypum).

5071 Mensur.[1] | P. Ligario, Maximi Ligari fil., Potito | decurioni et magistrato annuali ci|vitatis suae Goritanae, qui ex sua li|beralitate rei publ. suae IS IIII mil. | n̄. inferenda repromisit, ut ex eius | summae reditum *(sic)* id est usurae X LX[2] | die XVI kal. Ian. natalis[3] eius pugili|bus et gymnasio, itemque decurio|nibus epulo, suo quoque anno in per|petuum ab eadem re p. insumerentur. | P. Ligarius Securus ob debitam patri | pietatem posuit. L. d. d. d.

In Africa, loco dicto Henchir Drâa-el-Gamra, ubi fuit civitas Goritana (VIII S. 12421 ad ectypum accurate ut videtur a Carolo Tissot descripta). — 1) *Videtur esse Ligarii signum.* — 2) *Denarii sexaginta (sestert. 240) sunt usurae semisses sestertium quattuor milium nummum.* — 3) *Scr.* natali. — Dies gymnas. *ex testamento alicuius instituti recensentur in t. Thevestino VIII 1859.*

5072 .... | [*ob honorem*] flamoni [*ex*] | [*summa h*]onoraria SS II m. n. | [*promis*]erat, multiplicata pec|[*unia*] d. d. et ob dedicationem | sportulas decurionib. eisdem|que et universo populo epu|lum et gymnasium dedit | itemque spectaculum pugi|lum et aurigarum et ludo|rum scaenicorum edidit.

In Africa loco dicto Henchir-esch-Schorr (VIII S. 11998 Schmidt vidit ectypum).

5073 Agenti[1]. | Apollini Aug. sac. | D. Fundanius Pap. Primianus, Fundani | Felicis aedilici fil., Fundani Primi fl. p.[2] nepos, | aedilis, ob honorem aedilitatis quem ei ordo | suus suffragio decrevit, hanc statuam, imita|tus patris exemplum, ex IS VIII millibus n̄. sua li|beralitate numerata prius a se rei publicae | summa honoraria posuit eandemque dedica|vit et ob dedicationem simul cum Annio Memmi|ano collega suo ludos scaenicos et gymnasi|um populo et aepulas decurionib. dedit. L. d. d. d.

In Africa loco dicto Henschir Mscherga, ubi fuit Giufi (VIII 858 vidit Wilmanns). — 1) *Agnomen (signum) Primiani.* — 2) *Flaminis perpetui.*

5074 Marti Aug., protectori d. n. | imp. Caes. M. Antoni Gordiani Pii Felicis | Aug. p. m., tr. pot. II[1], cos., p. p., | Q. Calvius Rufinus

archive.org